



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

Inhaltsverzeichnis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

luce migraret, condito testamento in octo vnciis totius substantiae suæ nurum suam heredem instituerit, & ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur ergo experientiam tuam, ut solicita inquisitione discutias, & quidquid ecclesiæ ipsius esse patuerit, a qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum quod eum ante episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Quidquid vero vel ante ecclesiæ ipsius esse cognoueris, vel in episcopatus ordine prædictum episcopum acquisisse, in eiusdem ecclesiæ conseruetur dominio, ne quisquam exinde aliquid usurpare qualibet occasione præsumat. Clerum vero plebemque eiusdem ecclesiæ cum omni te volumus instantia commonere; quatenus præficiendum sibi sine dilatione aliqua eligant sacerdotem, qui clerum plebemque vel res ecclesiæ ipsius cauta regularique valeat obseruatione disponere. Pariter etiam clerum plebemque ipsius ecclesiæ, vel quæ ei vnitæ sunt Cumanae instantius commoneto; quatenus & ipsi, omni mora dilationeque postposita, aptum sibi eligere debeant sacerdotem, ne diu, & tali præsertim tempore, pastoris proprii sint regimine destitutæ.

## EPISTOLA LIV.

## GREGORII PAPÆ I.

AD SECUNDINUM.

- |  |  |
|--|--|
| I. De insidiis antiqui hostis.   | tuendo.  |
| II. De Calchedonensi Synodo omnime recipienda.   | V. De ordinatione apostolice sedis.                    |
| III. De Iba & Cyrillo.   | VI. De parvorum animabus, quæ sine baptismo moriuntur. |
| IV. De sacerdotali officio post lapsum, si paenitentia secuta fuerit, in pristinum gradum restituendo. | VII. De muniberibus ab eo transmissis.                 |
|  | VIII. Et de imaginibus transmissis.                    |

*Gregorius Secundino seruo Dei inclusio.*

DILECTIONIS tuae scripta suscepi, quæ in meo sensu amoris melle condita sapuerunt. O quanta aspiratio ne vitæ plena sunt, quæ per gratiam Spiritus proferuntur. Non in eis cultus eloquentiæ, non verborum typhus apparebat, sed solam veritatis atque caritatis radicem tenentia, per omne quod locuta sunt, cælestis patriæ amorem efflabant. In eis vero tua a me dilectio petere studuit, vt

\* al. Ha-  
grabaat.

*Concil. Tom. 13.*

PPP